Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ET EVA. IIII.

et eua. Numquid liberauit samariam
de manu mea. Quid nam illis sunt
omnibus diis terrarum qui eruerunt re
gionem suam de manu mea ut possit
dominus eruere urlim de manu mea. ta
cuit itaq; populus et non respondit ei quid
quam. Siquidem preceptum regis erat
pauit ut non responderent ei. Venit eliac
im filius helchie prepositus domus et
sobna scriba et ioae filius asaph acomme
tarius ad ezechiam scissis uestibus et
nuntiauit ei omnia uerba rapsacis.
Quod cum audisset ezechias scidit ves
timenta sua et opertus est sacco. XIX
Egressus q; est domum domini et misit
eliachim prepositum domus et sobnam
scribam et seniores de sacerdotibus oper
tis saccis ad ysaiam prophetam filium amos.
Qui dixerunt hec dicit ezechias. dies tri
bulationis et increpationis et blasphemie
dies iste uenerunt filii usq; ad partum
et uires non habet parientes. si forte au
diat dominus deus tuus omnia uba
rapsacis que misit rex assiriorum dns
suus ut exprobraret deum viuentem
et arguerret uerbis que audiuit dom
inus deus tuus et fac orationem pro rel
quiis que reperte sunt in urlim. Venerunt
ergo serui regis ezechie ad ysaiam et
dixit eis ysaias. Hec dicetis domino uo
hec dicit dominus. Solite timere afa
cie sermonum quos audistis. quibus blas
phemauit puer regis assiriorum me
ecce ego immittam spiritum et audiet
nuntium et reuertetur in terram suam
et deiciam eum gladio in terra sua. Reuersus
est igitur rapsacis et inuenit regem
assiriorum expugnantem lobna. audi
erat enim quod recessisset de lachis. Cum
audisset de tharacha rege ethiopie
dicentes. Ecce egressus est ut pugnet
aduersum te et iterum contra eum. Qui
cum nuntios ad ezechiam dicens. hec di
cite ezechie regi iude. non te seducat
deus tuus in quo tu habes fiducia neq;
dicas non tradetur urlim in manu regis
assiriorum. Nu audiuit que audisti q fece
runt reges assiriorum omnibus terris quo
et uastauerunt eas num ergo potes solus
liberari. Numquid liberauerunt dii gentium
singulos quos uastauerunt patres mei.
Goldam et aram et reseph et filios seden
qui erant in thalassar. ubi est rex emat
h et rex arphat et rex ciuitatis sephar
uaim et ana et ua. Itaq; cum accepisset ezechia
literas de manu nuntiorum et legisset
eas. ascendit in domum dni et expandit
eas coram domino et adorauit in conspectu
eius dicens. Domine deus israel qui
sedes super cherubim tu es deus solus regni
omnium terre tu fecisti celum et terram in
clina aurem tuam audi. aperi oculos
tuos et uide et audi omnia uba sennache
rib qui misit ut exprobraret nobis deum
viuentem. Vere domine dissipauerunt re
ges assiriorum gentes et terras omnium et
miserunt deos eorum in ignem. sed eum
erant dii sed opa manuum eorum lignum et lapi
de et perdiderunt eos. Nunc igitur dne
deus noster saluos nos fac de manibus
eius ut sciant omnia regna terre quia
tu es deus solus domine. Misit itaq; ysaias filius
amos ad ezechiam dicens. hec dicit do
minus deus israel. Quare deprecatus
es me super sennacherib regem assiriorum
audiui. Iste est sermo quem locutus
est dominus de eo. Spernit te subsan
nauit te uirgo filia syon. post tergum